



CONSTANTINO HUGENIO V. N. IANVS BODECHERVS
BENNINGIVS S. P. D.

Verba non poteram invenire, Vir Nobilissime, cum tibi nuper adessem, ut Panegyricum in Illustrissimum Principem Auracum haberem, quibus explicarem affectum meum, & magnam sed veram quam concepti de te existimationem. Cum enim fere per adhuc te tuamque ingeniam dicebam suspicere, legi & serio Satyram tuam in veterum abusum, atque Batava Semper, in quibus poematis & Patria nostra & huius seculi genium longe superasti. Posteaquam studium tuum erga Musas inter otia magis magisque crevit, crevit quoque & aetas, & iudicium meum, & tui admiratio, adeo ut quiescere non quiverim, antequam te videndi loquendique copiam nanciscerer. Optarem quidem tibi prius immotuisse, & cum edebam Belgicos Rhythmos, in quibus aliquando tui imitatio apparet, meam voluntatem tibi probare flagrabam, & nominis tui famam obsecram scripturam exornare, verum illud attentare non audebam. Ceterum hunc expertus sum insignem humanitatem cum tam rara eruditione ac civilitate conjuncta, & inter maximam felicitatis meae partem status, quod tecum sermonem habere liceret. Neque sane dubito, quin, te intercessore, Illustrissimo Domino Principi conamen meum placuerit, & quia benigna fronte acceperit quod a Patria amantissimo offerbatur. Fateor:

Uec fonte cabra proci caballino,
Uec in bicapite somniae & parnae
Uec enim, ut respondit sic poeta propeidem.

Fateor etiam, alium non debere Ulyssis prudentiam atque Achillis fortitudinem cantare quam Homerum, si elegantur digni meritis semper buccinatores, at ipsi Diis quandoque farre fit ac parco admodum thure. Ergo profecto ab aliis me fatissimae arbitror, si me bonum civem ostendeam, & dummodo hoc fuerim consequutus, Virgilij ac Claudiam aliorumque Magnanimorum Poetarum Mores invidia non laesbo. Quod autem nunc tibi molestus sim hisce literis ignoscas rogo: nam id nulla ex alia causa est profectum, quam ut referam tibi mei memoriam, & ut efficiam, ne cultorem tuum tibi clabi sinas. Etenim dum ad amicum meum, qui hasce tibi tradit, scribebam, non potui supersedere te insuper compellere. Vale Vir Nobilissime ac Doctissime, meque, qui te ex animo veneror, ama. Lugduni Batavorum ad diem XIII Ianuarij: MDCCXXXII.

BEAUVINGHE 2.11
M. VAN TINGH
VAN HANVS B...

V



Nobilissimo
RO HUGENIO, Doctissimoq; Viro, CONSTANTI-
PARCHA, & Illustri, Tugleborni Do-
a Consilio & Secretis. Hagan Comitis.
Hagan Comitis.
Austria

Amica manu.

